ANGELI MATTHEACII

IVRIS CONSVLTI, COMITIS ET EQVITIS PALAT.

Ac in Gymnaſio Patauino Matutinis horis in Primo loco Iuris Ciuilis Ordinarij Interpretis

COMMENTARIA

In Titulum de Officio eius cui mand. eſt Iuriſdict. de Iuriſdict. omn. Iudicum, & de rei vendicatione.

ACCESSERE

PETRI MATTHEACII

IVR. CONS. DOCTISSIMAE

Interpretationes in eoſdem titulos; & in l. ſi vnus, §. pactus, ff. de pact. & in Titulum ff. ſi certum petatur.

Quibus omnis Iuriſdictionum Contractuumq́; materia, hoc potiſſimum ſeculo controuerſa, non doctè minus quam eleganter & methodicè pertractatur.

Opus vt elegans, ita & eruditum, nunc primum ex Bibliotheca felicis memorię Auctoris erutum, & in Legalis ſcientię ſectatorum gratiam euulgatum; omnibusq; paſſim, tam Ius dicentibus, quam Cauſarum patrocinijs inſudantibus, tum Cæſareas etiam Leges ex Cathedra profitentibus, vtiliſſimum, ſummèque neceſſarium haud dubiè futurum.

SVMMARIIS ET INDICE LOCVPLETISSIMIS ADORNATVM.

Cum Priuilegijs, & permiſſu Superiorum.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

VENETIIS, MDCII.

Apud Altobellum Salicatium.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.

SERENISS.MIS PRINCIPIBVS

LEOPOLDO PATAVIENSIVM

ad Iſtrum Antiſtiti meritiſſimo;

ET FERDINANDO

ARCHIDVCI AVSTRIAE,

Duci Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, &c.

Comiti Habſpurgi, Tirolis, Goritiæ, &c.

Inclitis Heroibus, ac Dominis Clementiſſimis.

QVOD antiquitus bellatores viri facere conſueuerunt (Sereniſſimi Archiduces, Principes Clementiſſimi) vt ex graui periculoſoq; bello victoria parta redeuntes, detracta hoſtibus ſpolia Marti conſecrarent, templiq; eius veſtibulo ſuſpenderent, ſic & bellicæ gloriæ ſuæ, & Religioni Deorum immortalium ſatisfeciſſe rati; ab hoc illorum inſtituto mea nunc ratio, quamquam alia in re, non longe abhorret. Nam qui in ætate hac infirmiore contra ocium, & voluptatem ſatis vt mihi videor feliciter depugnarim, ardet animus, ſi quid mihi aut præmij, aut ornamenti tot exantlati labores pepererunt, idipſum Heroi alicui offerre, ac veluti tropheum excitatum dicare; ut in quo colendo, atque obſeruando ſummum meum ſtudium ſemper extiterit, eidem erectum etiam laborum meorum extet ſimulacrum, quod omnes aſpiciant, non tam doctrinæ atque ingenii ſpecimen, quam perpetuæ meæ erga eundem voluntatis teſtem, atque obſidem, & ſingularis cuiuſdam obſeruantiæ elaboratum ad memoriam omnis etiam poſteritatis monumentum. Quod quidem ego tametſi politiſſima arte perfectum eſſe affirmare non poſſum, tamen, & lucem aſpicere, & publicum ſubire iuditium audet, non quod ſuis ipſius opibus ac viribus magnoperè confidat, aut ſeſe tueri per ſe poſſe, ſperet, ſed quod ſub feliciſſimis veſtris auſpiciis non dubitat tuto poſſe, tanquam ſub Aiacis Clypeo, vel in portu conquieſcere. Vobis igitur Principes ſemper inuicti, in quos veluti in priſcæ virtutis exemplar omnes intuentur, quibusque ne Heroica quidem tempora quicquam tulere vnquam præſtantius, has qualeſcumque ſtudiorum

COMMENTARIA
ANGELI MATTHEACEI
COMITIS, EQVITISQ. PALAT.
AC IN GYMNASIO PATAVINO ORDINARII IN PRIMA SEDE HORIS MATVTINIS LEGVM INTERPRETIS.

In Rubricam, ff. de officio eius cui mandata eſt Iuriſdict.
Et in l. 1. ff. eod.
Et in l. Imperium, de iuriſd. omn. iudic.
Et in l. ex diuerſo, & l. in fundo, de rei vendicat.

S V M M A R I V M.

1 *Tituli continuatio cum præcedentibus.*
2 *Ordo Auctoris in explicatione huius Rubricæ.*
3 *Iudex Ordinarius quis ſit ſecundum Bartolum.*
4 *Iudicis Ordinarij definitio ſecundum Baldum.*
5 *Iudicis Ordinarij definitio ſecundum Auctorem.*
6 *Iudex Delegatus non habet Magiſtratum.*
7 *Magiſtratus definitio ſecundum Ariſtotelem.*
8 *Iudices Ordinarij à quibus conſtituantur, & nu. 9. 10. & 11.*
12 *Iudex ordinarius conſtitutus ab inferiore à Principe, in quo differat ab Ordinario Principis.*
13 *Prætores hodie dicuntur Iudices Ordinarij, & qui dicantur Iudices Ordinarij.*
14 *Præfecti Vrbis idest Capitanei, ſunt iudices Ordinarij,*
15 *Quæſtor eſt Ordinarius Iudex. hodie Pontifex in Curia Romana eſt ſolus Quæſtor,*
16 *Auditor Cameræ eſt Iudex Ordinarius, vt etiam*
17 *Gubernator Romæ.*
18 *Extra Curiam Romanam ſunt Domini Epiſcopi Ordinarij Iudices.*
19 *Legati a latere ſunt Ordinarij Iudices, &*
20 *Archidiaconus in ſua Eccleſia.*
21 *Archidiaconus an præponendus ſit Vicario Epiſcopi.*
22 *Vicarius Epiſcopi eſt Iudex Ordinarius, & nu. 57.*
23 *Iudicis Delegati Definitio.*
24 *Nomen hoc, Delegatus, an ſit Latinus ſermo.*
25 *Iudex Delegatus interdum eſt Iudex ſpecialis.*
26 *Iudices Delegati a quibus conſtituantur, & ibi quod a lege Ciuili, & à lege Prætoria, num. 27.*
28 *Delegatus à Iure Ciuili poteſt Subdelegare*
29 *Princeps conſtituit Iudicem Delegatum.*
30 *Delegatus a Principe an habeat eandem poteſtatem ſicut Delegatus a Iure Ciuili, & in quo differant, & num. ſeq.*
31 *Mortuo Principe extinguitur poteſtas Delegati ſi cauſa nondum incepta fuerit.*
32 *Delegatio etiam ab inferiore à Principe fieri poteſt.*
33 *Delegatus ab inferiore ſubdelegare non poteſt.*